



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Pars Qvarta Sive Everhardvs

**Orlandini, Nicola**

**Antverpiae, 1661**

Reverendissime Pater.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14186**

GOSWINVS NICKEL  
SOCIETATIS IESV

PRÆPOSITVS GENERALIS.

CVm Quartam Partem Historiarum Societatis IESV (sive Euerardum) à Patre Francisco Sacchino eiusdem Societatis Sacerdote olim conscriptam aliquot nostri Theologi recognoverint, & in lucem edi posse probauerint, facultatem facimus, vt typis mandetur, si ita ijs, ad quos spectat, videbitur: cuius rei gratia has literas matua nostra subscriptas, sigilloque nostro munitas damus. Romæ. 8.  
Sept. 1652.

Gosvvinus Nickel.

REVERENDISSIME PATER.

L Egi, iussu Tuo, Historiarum Societatis IESV Partem Quartam, ab Anno Domini 1573. ad 1580. reperique graui, & eleganti stylo conscriptam, clarissimisque religiosarum virtutum exemplis, ad posterorum eruditionem, refertissimam. Cumque in ea omnia prorsus, sine ulla Orthodoxæ Fidei, sanæ doctrinæ, atque optimorum morum iniuria decurrant; non solum publica luce, sed & omnium commendatione dignissimam censeo. Romæ, ex Aëdibus S. Mariæ in Campitello die 15. Martij 1650.

Hippolytus Marracius Congregationis Cleric. Regul.  
Matris Dei, manu propria.

VM Sanctissimus D. N. Vrbanus Papa VIII. die 13. Martij anno 1625. in Sacra Congregatione S. R. & Vniuersalnis Inquisitionis Decretum ediderit, idemque confirmauerit die 5. Iulij anno 1634. quo inhibuit imprimi libros hominum, qui Sanctitate, seu Martyrij fama celebres è vita migrauerunt, gesta, miracula, vel reuelationes, seu quæcunque beneficia, tanquam eorum intercessionibus à Deo accepta continentes, sine recognitione, atque approbatione Ordinarij, & quæ hactenus sine ea impressa sunt, nullo modo vult censeri approbata. Idem autem Sanctissimus die 5. Iunij 1631. ita explicauerit, vt nimis non admittantur elogia Sancti, vel Beati absolute, & quæ cadunt super personam, bene tamen ea, quæ cadunt supra mores, & opinionem; cum protestatione in principio, quod ijs nulla adsit auctoritas ab Ecclesia Romana, sed fides tantum sit penes auctorem. Huic Decreto, eiusque confirmationi, & declarationi, obseruantia, & reverentia, qua par est, insistendo; profiteor me haud alio sensu quicquid in hoc Libro refero,  
accipere,